

*Ferentini* (X 5829 vidit Mommsen).— 1) *Nota in titulo frontis enumerari culmina tantum honorum quos adeptus est Pontius Sabinus, primipilatum iteratum* (cf. not. 5) *et procurationem provinciae Narbonensis, in titulo secundario, qui perscriptus est more elogii casu primo, omnes eius honores recenseri.* — 2) *Praefectus cohortis primae Pannoniorum et Dalmatarum equitatae civium Romanorum.* — 3) *Iudice Mommseno* (eph. ep. 4 p. 235 not. 1) *Pontius Sabinus post praefecturam cohortis et tribunatum legionarium desit esse eques Romanus et factus est centurio* (cf. N. 2654 not. 2), *unde rursus solita via ad militiam equestrem promotus est.* — 4) *Cum vexillationibus harum trium legionum praeficeretur Sabinus, legio septima Gemina videtur una cum octava Augusta et vicesima secunda Primigenia stativa in Germania superiore habuisse* (cf. N. 2729). — 5) *Primipilo iterum (de primipilatu post militiam equestrem iterum suscepto dixit Mo. ad C. V 867 = supra N. 1359; cf. etiam N. 1349. 1361).*

**2727** d. m. | A. Atinio A. f. Pal. | Paterno | scrib. aedil. cur. | hon. usus, ab imp. | equo publ. honor., | praef. coh. II Bracar. | Augustan., trib. mil. | leg. X Fretens., a divo | Trajano in expedition. | Parthica donis donat., | praef. alae VII Phryg., cur. | kal.<sup>1</sup> Fabraternor. novor., | Atinia A. f. Faustina patri | optimo fecit.

*Romae* (VI 1858 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) *Curatori kalendarii.*

**2728** C. Camurio C. f. | Lem. Clementi praef. fabr. III<sup>1</sup>, praef. i. d. imper. | Caes. Traiani Aug., praef. coh. | VII Raet. equ[*i*]t., trib. mil. coh. | Ulpiae Petraeor. milliar. | equit., praef. alae Petrianae | milliar. c. R. bis torquatae<sup>2</sup>, | proc. Aug. ad Miniciam, | proc. Aug. epistrategiae | septem nomor. et Arsi<sup>3</sup>noitae<sup>3</sup>, Treienses patron. | ob merita eius, decr. dec. | publice.

*Prope Attidium Umbriae rep.* (Orell. 516 = XI 5669 vidit Bormann). — 1) *Praefecto fabrum quater.* — 2) *Cf. supra N. 2491 not. 2.* — 3) *Cf. supra N. 4421 et Marquardt Staatsv. I<sup>2</sup> p. 443.*

**2729** Tito Staberio | T. f. Quir. Secundo | praef. coh. Chalciden. | in Africa<sup>1</sup>, tribuno | militum leg. VII | Geminae felicis | in Germania<sup>2</sup>, praef. | equit. alae Moesicae | felicis torquatae<sup>3</sup>, | Staberia mater inpensa | sua.

*Romae rep. extra portam Ostiensem* (VI 5558 vidit Henzen). — 1) *Extant tituli positi a cohorte prima Chalcidensium equitata in Africa, eph. 7, 311. 315.* — 2) *Legionem septimam Geminam aliquando fuisse in Germania in hoc solo titulo legitur, sed cf. ad N. 2726 not. 4, item Boissevain de re militari Hispaniarum p. 69.* — 3) *Eadem ala memoratur supra N. 1594, item ut videtur in titulo mutilo Brambach 458; stetisse videtur in Germania inferiore.*

**2730** M. Stlaccius C. f. Col. | Coranus | praef. fabrum, equó | publico, ex quinque | decuriis<sup>1</sup>, praef. coh. V | Bracar. Augustanorum | in Germania, trib. mil. leg. II | Aug., praef. equitum alae | Hispanorum in Britannia, | donis militaribus donatus | corona murali hasta pura, | sibi et | C. Stlacció Capitóni patri, | C. Stlacció C. f. Col. Capitoni fratri, | L. Stlaccio C. f. Col. Frontóni fratri, | Claudiae Secundae uxóri.

*Prope Romam rep. ad viam Ostiensem* (VI 5559 vidit Henzen). — 1) *Intellege decurias iudicum.*